



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Disputationvm De Censuris In Communi,
Excommunicatione, Suspensione, & Interdicto, itemque
de Irregularitate, Tomvs Qvintvs**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, Anno Domini M. DC. XVII.

Facvltas R. P. Provincialis Provinciæ Rhenanæ Societatis Iesv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94035](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94035)

FACULTAS R. P. PROVIN- CIALIS PROVINCIAE RHENA- NAE SOCIETATIS IESV.

CVM sacrae Caesaræ Maiestatis decreto, omnibus, & singulis Typographis, & Bibliopolis, ac alijs, quamcunque librariam negotiationem exercētibus, serio firmiterque in hibeatur, ne quisquā vllōs libros à nostris Patribus hactenus editos, vel in posterum edendos, intra sacri Romani Imperij, Regnorum & Dominiorū suæ Cæs. Maiest. hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel alio recudēdos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere, clam seu palam citra iudicium ac testimonium supradictorum Patrum, audeat vel præsumat: Cōcedo ego *Theodorus Busæus Prouincialis Rhennæ Societatis IESV, Arnoldo Mylio Typographo Colonienſi, facultatē excudendi & distrabendi Tomum Quintū Disputationum, De Censuris in communi, additum ad Tertiā Partē D. Thomæ, R. Patris Francisci Suarez Societatis eiusdem: in cuius promissionis fidē manu propria his subscripsi. Moguntiæ X. Decembris Anni M. DC. IV.*

IVDICIVM DOCTORVM, QVI PRIMVM IN LVSITANIA HOC OPVS REGOGNOVERVNT.

PVS hoc de Censuris Ecclesiasticis, & Irregularitate, Præclarissimi Theologi P. Francisci Suarez, annexum Commentarijs eiusdem de Pœnitentia, in hoc supremo Inquisitionis Senatu nuper approbatis, & expeditis, continuata post illos diligentia, inoffenso decurri pede, parique laudis præconio dignissimum iudicavi: quin etiam eo maiori, quo vastus huius argumenti campus per regnum iuris Pontificij late patens, in tota sua amplitudine ab alijs fere authoribus, præsertim Theologis, minus studiose videbatur excultus. In hoc autem opere nihil erit, quod ad vniuersam eius culturam, hoc est ad distinctam, & accuratam rerum, difficultatumque omnium tractationem, facilem expeditionem, absolutā illustrationem desideretur. Nec solum Theologis, sed æque iuris prudentibus, tum pro foro sacramentali, tum etiam pro contentioso, & omnino pro Ecclesiastica gubernatione, magno erit vsui, peculiarique gratia acceptum. Quare publicæ vtilitatis intererit multum, vt typis excusum per manus circumferatur. Olyssipone in Domo D. Rochi Societatis IESV. i. Martij 1601.

D. Franciscus Pereira.

Recognoui hos Commentarios de Censuris, & Irregularitate Præstantissimi Theologi Patris Francisci Suarez è Societate Iesu. In quibus præter doctrinæ sanitatem, ac pietatem Autori propriam, tam erudite, accurate, subtiliter, nec minus ad iurisconsultorum, quam ad Theologorum vsum accommodatè, omnia discutiuntur, ac terminantur, vt nihil amplius in hoc argumento desiderari posse videatur. Itaque expedire iudico

hoc